Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



terra egypti. Nox est ista obseruabilis dni. quan
do eduxit eos de terra egypti. Hanc obseruare
debent omes filii israel in generationib; suis. Dixq;
dns ad moysen et aaron. Hec est religio phase. Omis alie-
nigena non comedet exeo. omis aut seruus emptitius cir-
cumcidetur: et sic comedet. Aduena et mercenarius non edet
exeo. In una domo comedetur: nec efferetis de carnib;
eius foras. nec os illius confringetis. Omis cetus filioq; israel
faciet illud. Qd siquis pegrinoq; in uram uoluerit trans
ire colonia. et facere phase dni. circumcidetur prius ome
masculinum eius. et tunc rite celebrabit. eritq; sicut in
digena terre. Siquis aut circumcisus non fuerit. non uescet
exeo. Eade lex erit indigene et colono. qui pegrinat
apud uos. Fecerq; omes filii israel: sicut pceperat dns moysi
et aaron. et in eade die eduxit dns filios israel sicut pcepe
rat dns moysi et aaron de terra egypti pturmas suas.
Cap. XIII
Locutusq; est dns ad moysen dicens. Sanctifica michi ome pri
mogenitum. qd aperit uulua in filiis israel. tam de hominib;
quam de iumentis; mea s enim omia. Et ait moyses ad pplm.
Memento diei hui. in qua egressi estis de egypto. de domo
seruitutis. qm in manu forti eduxit uos dns de loco isto.
ut non comedatis fermentatum panem. Hodie egredimini mense
nouarum frugum, Cumq; te introduxerit dns in terram cha
nanei. et ethei. et amorrei. et euei. et iebusei quam iurauit
patribus tuis. ut daret tibi terram fluentem lacte et melle.
celebrabitis hunc morem sacrum mense isto. Septem dieb;
uescéris azimis. et in die septimo erit solemnitas dni.
Azima comedetis septem dieb;. non apparebit apud te ali
qd fermentatum. nec in cunctis finib; tuis. Narrabisq; filio
tuo in die illo dicens. Hoc est qd fecit dns michi quando